

1991.

1314 d. 2 Dec.

Lund.

NILS TUVESSON af Klapathorp, ANDREAS PETERSON af Bollerup och NILS JAKOBSSON af Harjager afstå den rätt de kunna hafva i 2:ne bol med tillhörande grund på Geeslafs mark i Skåne, hvilka Johannes Jakobsson testamenterat till Esrooms kloster.

Afskr. i Benzeltj. Saml. Acta Scan. Vol. I. på Univ. Bibl. i Upsala *).

Omnibus presens scriptum cernentibus NICOLAUS TOVISUN de Klapathorp, ANDREAS PÆTERSUN de Boldorp et NICHOLAUS JACOBSSUN de Hartaker, Salutem in Domino Sempiternam. Notum facimus universis, quod nos Religiosis viris, Dominis Abbati et conventui in Esroom duo boel in terris in campo Geeslef**) cum eorundem fundis ibidem sitis, que Johannes Jacobsun eisdem Dominis in Testamento suo legavit, cupimus et resignamus libere jure perpetuo possidenda, omni juri nostro, si quod in dictis bonis nobis competeat, renunciantes. In cuius rei testimonium sigilla Dominorum Martini dicti Duua prefecti Scanie, Petri Jonæsun de Kastlæsæ et Byrgeri Torkilsun, una cum nostris propriis, presentibus sunt appensa. Datum Lundis, Anno Domini M. CCC. quartodecimo. Feria secunda post diem beati Andree Apostoli.

På frånsidan: Adjudicentur talibus talia bona prout in presenti littera continetur et detur apperta.

Sex sigill äro betecknade.

1992.

1314 d. 5 Dec.

Kinne.

SIGVID BENGTSOON m. fl. afgöra tvisten mellan Domprosten Bengt i Skara å ena samt Redhar och Arnbjörn af Geddaryd å andra sidan, angående en skog i Seglora, på det sätt, att skogen tilldömes Domprosten.

Brocmans afskr. i fol. Miscell. 5: 44***).

Omnibus presens Scriptum cernentibus SIGWIDUS BENDICTSON¹⁾, THORIRUS dictus POTTE²⁾, JOHANNES dictus DYACN³⁾, ARNBERNUS et BENEDICTUS de brennu-rydh

*) I afskrift benäget meddelad af E. O. v. Bibliothekarien, Hr Akad. Adj. C. J. Fant. Originallet lär hafva funnits i K. Antiquitets-archivet år 1754.

**) Kallas Gresslöv i PONTOPPIDANS *Annales Eccles. Dan.* II: 112, der Johannes Jakobssons gifva omnämnes.

***) Efter originalet bland Miscellanea i Kongl. pergamentsbrefs-samlingen. En afskrift i Registr. de bonis Preposit. Scarens., pag. 10, har följande väsentliga olikheter: ¹⁾ benktzson. — ²⁾ potte. — ³⁾ diækn. —

rydh, et ESCHILLUS de curfryth⁴⁾, Salutem in domino. Quia dominus iohannes de kyrnnæ⁵⁾ nos deputavit ad inspiciendum quandam siluam in Segllorom, de qua inter magistrum benedictum prepositum Scarensem ex vna parte et redharum ac arnbernum de gredduruth⁶⁾ ex altera controuersia ventilatur. Notum facimus, nos presentibus discretis viris Heluone de gereldærthorp, marco villico de ørby et esberno dicto hweth dictam siluam pertransiisse⁷⁾, et limites de quibus dubitabatur diligenter perspexisse ac per assercionem senum hominum fidedignorum non vni parti plus quam alij coniuكتورum pro certo intellexisse, quod dicta⁸⁾ silua ad ipsum prepositum de iure pertinet et non ad redharum ac arnbernum supradictos, et hoc in conscienciis nostris secure testificamur per presentes. parati, si necesse sit, hoc proprio affirmare iuramento. In cuius testimonium nos sigilla nostra⁹⁾, qui sigilla habuimus, presentibus duximus apponenda. Datum kynnum¹⁰⁾, Anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. quinta feria ante octauam¹¹⁾ beati andree.

På fränsidan: compositio silue in sæglorum facta inter dominum benedictum tunonis et rødarum ac arnbernum.

Sigillen hafva saknats.

1993.

1314 d. 10 Dec.

Helsingborg.

Konung ERIK MENVED tilldömer nunnorna i S:t Petri kloster i Lund orubbad besittning af deras jordar i Rofmosse fälad, som Andreas Petersson af Alnarp våldsamligen inkräktat, samt deras andel i en äng Djuremosse.

N. Wessmans afskr. i 4:o i Kongl. Bibl. *).

ERICUS dei gracia Danorum Sclavorumque Rex. Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, quod nos exhibitricibus presencium, venerabilibus dominabus, Sanctimonialibus claustru beati Petri Lundis terras suas, que Rowomosæ dicuntur, quas Andreas Pæterson de Alnathorp violenter occupauerat et iniuste, ab inpeticione dicti Andree et heredum suorum, ac aliorum omnium, adiudicamus jure perpetuo possidendas, decernentes, quod dicte terre ad usum communem, qui fælæth dicitur, de cetero sint, prout antiquitus fuisse di-

⁴⁾ curfrydh. — ⁵⁾ kyrna. — ⁶⁾ giæddarudh. — ⁷⁾ transisse. — ⁸⁾ ipsa dicta. — ⁹⁾ sigilla nostra nos. — ¹⁰⁾ kynnom. — ¹¹⁾ octauas.

^{*)} Efter ett originalbref på pergament, förvaradt i Danmark.